**Aphorismi, ad optimorum librorum fidem accurate editi : [by J.F.C. Hecker]. Cum indice Verhoofdiano. Locupletissimo. [In Greek and Latin] / [Hippocrates].**

**Contributors**

Hippocrates.
Bosquillon, M. 1744-1816.
Verhoofd, Lucas.

**Publication/Creation**

Berolini : T.C.F. Enslin, 1822.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/ubqq9dnx

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

28,882/A/1

Hippocrates III

# HIPPOCRATIS
# APHORISMI.

AD OPTIMORUM LIBRORUM
FIDEM ACCURATE EDITI.

CUM INDICE VERHOOFDIANO
LOCUPLETISSIMO.

BEROLINI MDCCCXXII.
SUMTIBUS THEOD. CHR. FRIDER. ENSLIN.
PARISIIS ET LONDINI,
APUD TREUTTEL ET WÜRTZ.

95400

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

## BIBLIOPOLA LECTORI.

Trado tibi L. B. splendidissimum medicinae monumentum, nuperis castigationibus eleganter expolitum. Post praeclaram priorum editorum operam nihil paene reliquum fuit, quam ut Hippocratis aphorismi, lucentes litterarum medicarum veluti stellae, ad Ionicae dialecti integritatem restituerentur. Quod quidem Bosquillonio optime contigisse notum est, viro quondam pererudito ac graecae antiquitatis gnarissimo, quem praematura mors reipublicae litterariae eripuit. Ad huius

igitur viri editionem haec nostra maxime respondet adiectis nonnullis tam in graeco textu, quam in versione emendationibus. Locos librorum Hippocraticorum parallelos a prioribus parum accurate collatos iure omisimus, quoniam erudito lectori nullam vel certe perexiguam utilitatem praestant. Ne quid autem temere praetermissum videatur, indicem Verhoofdianum quam exactissime excudendum curavimus.

Berolini Mense Maio A. MDCCCXXII.

# ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ

ΚΏΟΥ

ἈΦΟΡΙΣΜΟΊ.

---

# HIPPOCRATIS

COI

APHORISMI.

# ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ

## ΚΩΟΥ

# ἈΦΟΡΙΣΜΟΊ.

## ΤΜΗ͂ΜΑ ΠΡΩ͂ΤΟΝ.

### Α΄.

Ὁ Βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μοῦνον ἑωϋτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

β΄. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγηΐη, ἢ μὲν οἵη δεῖ γίνεσθαι, γίνηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώ-

# HIPPOCRATIS
## COI
## APHORISMI.

### SECTIO PRIMA.

I.

Vita brevis, ars longa, occasio praeceps, experientia fallax, judicium difficile. Neque vero seipsum tantum ad ea, quae facto opus sunt, praestare oportet, sed et aegrum, et praesentes, et externa.

2. In alvi perturbationibus, et vomitibus sponte evenientibus, si qualia oportet purgari, purgentur, conducit, et facile tolerant: sin minus, contra. Perinde vasorum inanitio si, qualis debet, fiat, conducit et facile tolerant: sin minus, contra. Considerare igitur oportet, et regionem, et tempestatem, et aetatem, et

ρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

γ'. Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσι αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσι· οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τωὔτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀρτεμέουσιν, οὐδέ τι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκεν τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψεος λάβῃ τὸ σῶμα. μηδὲ τὰς ξυμπτώσεας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν· σφαλερὸν γάρ· ἀλλὰ ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ἔῃ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώσεες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί· καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψεες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

δ'. Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ πάθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσι, οὗ μὴ ἐνδέχεται, σφαλεραί. αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀπιγμέναι δίαιται, χαλεπαί. καὶ πάλιν αἱ πληρώσεες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀπιγμέναι, χαλεπαί.

morbos in quibus haec fieri conveniat, nec ne.

3. Bona exercitantium valetudo ad summum progressa, periculosa est, si in extremo fuerit: non potest enim in eodem persistere, neque quiescere. Cum vero non quiescat, neque possit in melius proficere, reliquum est, ut in deterius labatur. His igitur de causis pleniorem corporis habitum haud cunctanter solvere expedit, quo corpus rursus refectionis initium sumat. Neque tamen extenuationes ad extremum perducendae, periculosum enim: sed qualis fuerit ejus qui sustinere debet natura, eo usque ducendae. Eadem vero ratione inanitiones ad extremum deductae periculosae; contraque refectiones ad summum progressae, periculosae.

4. Tenuis et exacta victus ratio, cum in morbis longis semper, tum in acutis, ubi non admittitur, parum tuta est. Victus qui ad summam pervenit tenuitatem, gravis; contraque repletiones ad extremum perductae, graves sunt.

έ. Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσι ἁμαρτάνουσι οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται. πᾶν γὰρ ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσι ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ, καὶ καθεστηκῦιαι, καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἁδροτέρων.

ϛ'. Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νουσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπήϊαι ἐς ἀκριβηΐην κράτισται.

ζ'. Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νούσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. ὅκου δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾷν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ἔῃ.

η'. Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νούσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

θ'. Ξυντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀ-

5. In tenui victus ratione delinquunt aegri, ob quod magis laeduntur. Quidquid enim contingit, gravius his fit in tenui, quam in paulo pleniore victu. Idcirco etiam sanis periculosa est valde tenuis, et certo praescripta, ac exquisita victus ratio, quoniam errata gravius ferunt. Eam igitur ob causam tenuis et exquisitus victus paulo pleniore maxima ex parte periculosior est.

6. Ad summos morbos, summae ad unguem adhibitae curationes optime valent.

7. Cum ergo morbus est peracutus, extremos protinus obtinet labores, et extreme tenuissima victus ratione necessario utendum. Cum vero non est, sed pleniorem victum habere concessum est, tam a tenui victu se subducere oportet, quantum morbus ab extremis recesserit.

8. Cum morbus in vigore fuerit, tum vel tenuissimo victu uti necesse est.

9. Considerare etiam oportet aegrotantem, an cum eo victu sufficiat ad morbi vigorem usque, an non prius ille deficiat,

παυδήσει πρότερος, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει, καὶ ἀμβλυνεῖται.

ι΄. Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾷν. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου, σμικρὸν ἀφαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ πιωτέρως διαιτᾷν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

ια΄. Ἐν δὲ τοῖσι παροξυσμοῖσι ὑποστέλλεσθαι χρή· τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσι ὑποστέλλεσθαι.

ιβ΄. Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσεας δηλώσουσι αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀντεπιδόσεες, ἤν τε κατὰ ἡμέρην, ἤν τε παρὰ ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλέονος χρόνου γίνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισι, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει· ἢν δὲ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καί οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ δύσκρι-

neque cum tali victu satis esse possit, vel prius morbus deficiat, et obtundatur.

10. Quibus igitur statim vigor adest, protinus tenuiter alendi. Quibus vero postea vigor futurus est, iis sub ipsum vigoris tempus et paulo ante, cibus subtrahendus. Antea vero uberius alendum, ut sufficiat aeger.

11. In exacerbationibus cibum subtrahere oportet: exhibere enim noxium. Et cum morbi per circuitus exacerbantur, in ipsis accessionibus cibum subtrahito.

12. Morbi, et anni tempestates, et periodorum collata inter se incrementa, sive quotidie, sive altero quoque die, sive etiam per majora intervalla fiant, paroxysmos et morborum constitutiones indicabunt. Quin etiam et ex iis quae superveniunt indicia sumuntur, velut in pleuritide laborantibus sputum, si statim circa initia, morbum brevem: si vero posterius appareat, longum futurum testatur. Urinae quoque, et alvi excrementa, et sudores, ubi apparuerint, judicatu fa-

τα, καὶ εὔκριτα, καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νουσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

ιγ'. Γέροντες εὐφορώτατα νηστηΐην φέρουσι· δεύτερον, οἱ καθεστηκότες· ἥκιστα, μειράκια· πάντων δὲ μάλιστα παιδία· τουτέων δὲ αὐτέων ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωϋτέων προθυμότερα ἐόντα.

ιδ'. Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμὸν, πλείστης οὖν δέεται τροφῆς· εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται· γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν· διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται· ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐκ ὁμοίως ὀξέες· ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

ιε'. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος, θερμόταται φύσεϊ, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσι ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλέω δοτέον· καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλέον ἔχει· τροφῆς οὖν πλέονος δέονται. σημήϊον, αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί.

ιϛ'. Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι· μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι οὕτω εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

ciles vel difficiles, et breves, vel longos ſore morbos indicant.

13. Senes facillime jejunium ferunt: secundum eos aetate consistentes: minimum adolescentes: omnium vero minime pueri; atque inter ipsos qui alacriores sunt.

14. Qui crescunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur indigent alimento, alioqui corpus absumitur. Senibus vero paucus calor, idcirco sane paucis fomitibus indigent, a multis namque extinguitur. Eandem etiam ob causam neque senibus febres perinde acutae contingunt: fridigum enim est eorum corpus.

15. Ventres hyeme et vere, natura calidissimi, somnique longissimi. His igitur temporibus copiosiora cibaria exhibenda: siquidem plurimum inest calidi innati, ideoque copiosiore indigent alimento. Quod indicant aetates et athletae.

16. Victus humidus, omnibus febricitantibus, pueris vero maxime, atque aliis qui ita vivere consueverunt, confert.

ιζ'. Καὶ οἷσι ἅπαξ ἢ δὶς, καὶ πλέω ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος· δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθεϊ, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ.

ιη'. Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι· χειμῶνος, ῥήϊστα· ἦρος, δεύτερον.

ιθ'. Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδὲ ἀναγκάζειν, ἀλλὰ ἀφαιρέειν τῶν προσθέσεων πρὸ τῶν κρίσεων.

κ'. Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίῃσι, μήτε ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλὰ ἐᾷν.

κα'. Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

κβ'. Πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ· τὰ δὲ πολλὰ οὐκ ὀργᾷ.

κγ'. Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθεϊ τεκμαίρεσθαι, ἀλλὰ ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρῃ εὐφόρως· καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης

17. Quibusdam semel aut bis, et aliis copiosior aut paucior, aut per partes cibus offerendus est. Aliquid autem et tempori, et regioni, et aetati, et consuetudini concedendum.

18. Aestate et autumno cibos gravissime ferunt: hyeme facillime: deinde vere.

19. Quibus per circuitus accessiones contingunt, nihil dato, neque cogito, sed de cibis ante judicationes detrahito.

20. Quae judicantur, aut judicata sunt perfecte, ea neque moveto, neque medicamentis, neque aliis irritamentis innovato, sed sinito.

21. Quae educere oportet, quo maxime vergit natura, eo ducito, per loca convenientia.

22. Cocta medicamento educere et movere oportet, minime cruda, neque per initia, nisi turgeant, quod fere non accidit.

23. Quae prodeunt copia minime aestimanda, sed ut qualia expedit, prodeant, et aeger facile ferat. Atque ubi ad animi defectionem usque educere oportet,

ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

κδ΄. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι, τῇσι φαρμακ ίῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

κε΄. Ἢν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερῶς.

---

id etiam faciendum, si aeger sufficere queat.

24. In morbis acutis raro, et per initia medicamentis purgantibus utendum, idque diligenti ante adhibita circumspectione faciendum.

25. Si qualia purgari debent, purgantur, confert et facile tolerant, contra vero, difficile.

## ΤΜΗ͂ΜΑ ΔΕΥ͂ΤΕΡΟΝ.

### Α΄.

Ἐν ᾧ νουσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

β΄. Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν.

γ΄. Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου γενόμενα, κακόν.

δ΄. Οὐ πλησμονὴ, οὐδὲ λιμὸς, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσεος ἔῃ.

ε΄. Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

ϛ΄. Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισι ἡ γνώμη νοσέει.

ζ. Τὰ ἐν πολλῷ λεπτυνόμενα, νωθρῶς ἐπανατρέφειν· τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

η΄. Ἢν ἐκ νούσου τροφὴν λαμβάνων μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι πλέονι τροφῇ χρέεται.

## SECTIO SECUNDA.

### I.

Quo in morbo somnus laborem facit, lethale; quod si juvet somnus, lethale non est.

2. Ubi delirium somnus sedat, bonum.

3. Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, malum.

4. Neque satietas, neque fames, neque aliud quidquam bonum, quod naturae modum excesserit.

5. Lassitudines sponte obortae morbos praenunciant.

6. Quibus pars aliqua corporis dolet, neque omnino dolorem sentiunt, iis mens aegrotat.

7. Attenuata longo temporis intervallo corpora lente reficere oportet, at quae brevi, celeriter.

8. Si quis ex morbo cibum capiens vires non recipiat, eum copiosiore alimen-

ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίνηται, χρὴ εἰδέναι ὅτι κενώσεος δέεται.

θ'. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου τὶς βούλεται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

ί. Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσων ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

ια'. Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου.

ιβ'. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφώδεα.

ιγ'. Ὁκόσοισι κρίσις γίνεται, τουτέοισι ἡ νὺξ δύσφορος, ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη, ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ.

ιδ'. Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσι, αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

ιε'. Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, σκέπτεσθαι τὰς ἐκκρίσεας· ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει· ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσι ὑγιαίνουσι γίνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

ιϛ'. Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

ιζ'. Ὅκου ἂν τροφὴ πλέων παρὰ φύσιν ἐσέλθῃ, νοῦσον ποιέει· δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις.

to uti significat. Quod si cibum non capiente istud contingat, inanitione indigere sciendum est.

9. Cum quis corpora purgare volet, ea ad fluxum comparata faciat oportet.

10. Impura corpora quo plus nutriveris, eo magis laedes.

11. Potu quam cibo repleri facilius est.

12. Quae in morbis post judicationem intus relinquuntur, recidivam faciunt.

13. Quibus judicatio instat, iis nox accessionem praecedens, gravis: quae vero sequitur, plerumque levior.

14. In alvi fluxionibus dejectionum mutationes, nisi in prava commutentur, juvant.

15. Cum fauces aegrotant, aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones inspicito; si namque biliosae sint, corpus simul aegrotat: at si sanorum similes extiterint, tutum est corpus nutrire.

16. Ubi fames, laborandum non est.

17. Ubi copiosior praeter naturam cibus ingestus fuerit, morbum creat; ostendit vero curatio.

ιη΄. Τῶν τρεφομένων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσεες γίνονται.

ιθ΄. Τῶν ὀξέων νουσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσεες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγιῆης.

κ΄. Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσι αἱ κοιλίαι ὑγραὶ εἰσὶ, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται· ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσι ξηραὶ εἰσὶ, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι, ὑγραίνονται.

κα΄. Λιμὸν θώρηξις λύει.

κβ΄. Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νουσήματα γίνηται, κένωσις ἰῆται, καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσεος, πλησμονή· καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

κγ΄. Τὰ ὀξέα τῶν νουσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

κδ΄. Τῶν ἑπτὰ, ἡ τετάρτη ἐπίδηλος. ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη· αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη ἀπὸ τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος· θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη· αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

κε΄. Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι, τὰ πολλὰ γί-

18. Eorum quae confertim et celeriter alunt, celeres quoque fiunt excretiones.

19. Morborum acutorum non omnino tutae sunt praedictiones, neque salutis, neque mortis.

20. Quibus per juventutem alvi sunt humidae, iis senescentibus exsiccantur; quibus vero in juventute siccae sunt, iis senescentibus humectantur.

21. Famem vini meracioris potio solvit.

22. A repletione quicumque fiunt morbi, eos inanitio curat: et quicumque ab inanitione, eos repletio: et in ceteris contrarium remedio est.

23. Morbi acuti intra quatuordecim dies judicantur.

24. Quartus septenariorum index est. Octavus alterius septimanae est principium. Undecimus etiam spectandus dies, ipse enim secundae septimanae quartus est. Rursus quoque spectandus decimus septimus, hic enim est quartus a decimo quarto, septimus vero ab undecimo.

25. Quartanae aestivae fere breves ex-

νονται βραχέες, οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ, μακροὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα ξυνάπτοντες.

κς'. Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

κζ'. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν, οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβέεσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παρὰ λόγον. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιουτέων ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τι διαμένειν, οὐδε χρονίζειν εἴωθε.

κη'. Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, τὸ διαμένειν, καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ ξυντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν· τὸ μὲν γὰρ μῆκος νουσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθενηΐην.

κθ'. Ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει· ἀκμαζουσῶν δὲ, ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστι.

λ'. Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλεα πάντα ἀσθενέστερα· περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

λα'. Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτεῦντι, μηδὲν ἐπιδιδόναι τῷ σώματι, μοχθηρόν.

λβ'. Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατὰ ἀρχὰς μὲν εὐσιτεῦντες, καὶ μηδὲν

istunt, autumnales vero longae, praesertim vero quae hyemem attingunt.

26. Convulsioni febrem supervenire melius est, quam convulsionem febri.

27, Iis quae non secundum rationem levant, fidere non oportet, neque admodum metuere mala quae praeter rationem eveniunt. Multa enim horum instabilia sunt, neque admodum permanere, neque perseverare consueverunt.

28. Corpus eorum qui non omnino leviter febricitant, in eodem consistere, et nihil concidere, vel etiam magis quam ratio postulat extenuari, grave est. Illud siquidem morbi diuturnitatem, hoc vero imbecillitatem significat.

29. Incipientibus morbis, si quid movendum videtur, moveto: vigentibus vero, quiescere praestat.

30. Circa initia et fines omnia sunt leviora, at circa vigores vehementiora.

31. Ex morbo belle comedenti corpus nihil proficere, malum.

32. Omnes fere male qui se habent, circa initia quidem cibum bene sumentes,

ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλεϊ πάλιν ἀσιτέουσι. οἱ δὲ κατὰ ἀρχὰς μὲν ἀσιτεῦντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτεῦντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι.

λγ΄. Ἐν ἁπάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

λδ΄. Ἐν τῇσι νούσοισι ἧσσον κινδυνεύουσι, οἷσιν ἂν οἰκηΐῃ τῆς φύσεος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ἔῃ, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκηΐῃ κατά τι τουτέων.

λε΄. Ἐν ἁπάσῃσι τῇσι νούσοισι, τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν, βέλτιόν ἐστι· τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν· ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον πρὸς τὰς κάτω καθάρσεας.

λϛ΄. Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακηΐῃσι καθαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

λζ΄. Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

λη΄. Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σι-

neque quidquam proficientes, circa finem rursus cibum non appetunt. At, qui circa initia vehementer abstinent, postea vero cibos probe appetunt, ii melius degunt.

33. Mente constare, et bene habere ad ea quae offeruntur, quovis in morbo bonum, contra vero, malum.

34. In morbis minus periclitantur ii, quorum naturae, et aetati, et habitui, et anni tempestati, morbus cognatus fuerit, quam quibus in horum aliquo non cognatus fuerit.

35. In omnibus morbis partes quae sunt ad umbilicum et imum ventrem crassitudinem habere praestat; valde autem tenues esse et tabefactas, pravum. Sed hoc quoque ad inferiores purgationes periculosum.

36. Qui sana habent corpora pharmacis purgati, cito exsolvuntur, atque etiam qui pravo utuntur cibo.

37. Qui bene habito sunt corpore, ad medicationes moleste se habent.

38. Cibus et potus paulo pejor, suavior

τίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

λθʹ. Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων, τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσι ἧσσον· ὁκόσα δὲ ἂν αὐτέοισι χρόνια νουσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

μʹ. Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

μαʹ. Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς, ἄνευ φανερῆς προφάσεος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

μβʹ. Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

μγʹ. Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, μήπω δὲ τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσι, οἷσιν ἂν ἀφρὸς ἔῃ περὶ τὸ στόμα.

μδʹ. Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

μεʹ. Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν τόπων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

μϛʹ. Δύο πόνων ἅμα γινομένων, μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

autem, melioribus quidem, sed insuavioribus, praeferendus.

39. Ut plurimum quidem senes juvenibus aegrotant minus: at, qui ipsis morbi diuturni contingunt, eos fere ad mortem comitari solent.

40. Raucedines et gravedines in decrepitis non coquuntur.

41. Qui crebro et vehementer citra manifestam causam anima deficiunt, repente moriuntur.

42. Valida apoplexia prorsus non sanatur, levis difficile.

43. Ex strangulatis et dissolutis, necdum tamen mortuis, ii non ad vitam redeunt, quibus spuma circa os fuerit.

44. Natura admodum crassi, celerius intereunt quam graciles.

45. Ex comitialibus, juvenes mutatione potissimum aetatis, et tempestatum, et regionum, et victuum, liberantur.

46. Duobus doloribus simul obortis, non in eodem loco, vehementior alterum obscurat.

μζ΄. Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γενομένου.

μη΄. Ἐν ἁπάσῃ κινήσεϊ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν εὐθὺς ἄκοπον.

μθ΄. Οἱ εἰθισμένοι τοὺς ξυνήθεας πόνους φέρειν, κἢν ἔωσιν ἀσθενέες, ἢ καὶ γέροντες, τῶν ἀξυνηθέων, ἰσχυρῶν τε καὶ νέων, ῥᾷον φέρουσι.

ν΄. Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνε ξυνήθεα, κἢν ἔῃ χείρω, τῶν ἀξυνηθέων ἧσσον ἐνοχλέειν εἴωθε. δεῖ ȣ̃ν καὶ ἐς τὰ ἀξυνήθεα μεταβάλλειν.

να΄. Τὸ κατὰ πȣλὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληρȣ̃ν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσȣ̃ν τὸ σῶμα κινέειν, σφαλερόν· διότι πᾶν τὸ πȣλὺ τῇ φύσεϊ πολέμιον· τὸ δὲ κατὰ ὀλίγον, ἀσφαλές· καὶ ἄλλως ἢν ἐξ ἑτέρȣ μεταβαίνῃ ἐπὶ ἕτερον.

νβ΄. Πάντα κατὰ λόγον ποιεȣ̃ντι, μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐπὶ ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

νγ΄. Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχȣσι, νέοι μὲν ἐόντες βέλτιον ἀπαλλάσσȣσι, τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων· ἐς δὲ τὸ γῆρας χεῖρον ἀπαλ-

47. Dolores et febres contingunt magis circa puris generationem, quam eo confecto.

48. Quovis in corporis motu, simul ac fatigari coeperit, quies confestim lassitudinis est remedium.

49. Qui solitos labores ferre assueverunt quamvis invalidi sint, aut etiam senes, eos facilius ferunt, quam qui non assueti, quamvis robusti et juvenes.

50. Quae ex longo tempore assueta sunt, quamvis deteriora, insuetis minus molesta esse solent. Quare ad insolita etiam facienda mutatio.

51. Confertim et repente vacuare, vel implere, vel calefacere, vel refrigerare, vel utcumque aliter corpus movere, periculosum: siquidem omne nimium naturae est inimicum. Verum quod paulatim fit, securum est, tum vel maxime si ab uno ad alterum transitus fiat.

52. Qui omnia ex ratione facit, neque tamen successum pro ratione habet, non ad aliud transito, manente eo, quod ab initio visum est.

λάσσυσι· ξηραίνονται γὰρ, ὡς ἐπὶ τὸ πυλὺ, τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

νδ´. Μεγέθεϊ δὲ σώματος, ἐννεᾶσαι μὲν, ἐλευθέριον καὶ ὐκ ἀειδές· ἐγγηρᾶσαι δὲ, δύσχρηστον, καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

53. Quicumque alvos habent humidas, ii quidem dum juvenes sunt, melius degunt, quam qui siccas habent: at in senectute pejus degunt, ipsis enim senescentibus fere resiccantur.

54. Procero corpore, juventutem quidem degere, liberale nec indecorum; insenescere vero incommodum, et brevitate deterius.

## ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

### Α.

ΑΙ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων, μάλιςα τίκτυσι νυσήματα, καὶ ἐν τῇσιν αὐτέῃσι ὥρῃσι αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξεος, ἢ θάλψεος, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον ὅτω.

β′. Τῶν φυσίων, αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα, εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

γ′. Καὶ τῶν νύσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι· καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας, καὶ χώρας, καὶ διαίτας.

δ′. Ἐν τῇσι ὥρῃσι, ὅταν τῆς αὐτέης ἡμέρης, ὁτὲ μὲν θαλπὸς, ὁτὲ δὲ ψύχος γίνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νυσήματα προσδέχεσθαι.

ε′. Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί· ὁκόταν ὅτω δυναςεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωςίῃσι πάσχυσι· ἢν δὲ βόρειον ἔῃ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσυρίαι, φρικώδεες, ὀδύ-

## SECTIO TERTIA.

I.

Tempestatum anni mutationes potissimum morbos gignunt, et in ipsis anni tempestatibus magnae mutationes aut frigoris, aut caloris, aliaque pro ratione ad hunc modum.

2. Naturae hae quidem ad aestatem, aliae vero ad hyemem, bene vel male sunt constitutae.

3. Morbi quoque alii ad alias anni tempestates bene vel male habent: et aetates quaedam ad anni tempestates, et regiones, et victus rationes.

4. Per anni tempestates, quando eodem die, modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectato.

5. Austri auditionis hebetudinem, visionis caliginem, capitis gravitatem inducunt, corpus torpidum et languidum reddunt. Cum sic invaluerit tempestas,

ναι πλευρέων, ϛηθέων· ὁκόταν ὅτω δυναϛεύῃ, τοιαῦτα προσδέχεσθαι.

ϛ′. Ὁκόταν θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλὲς προσδέχεσθαι.

ζ′. Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται· καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ἔῃ τὸ ἔτος τοιϐτέον ἐὸν, ὁκοίην καὶ τὴν κατάϛασιν ἐποίησε, ὡς ἐπὶ τὸ πϐλὺ, καὶ τὰ νϐσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

ή. Ἐν τοῖσι καθεϛεῶσι καιροῖσιν, ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐϛαθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νϐσοι γίνονται· ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταϛάτοισιν, ἀκατάϛατοι τὲ, καὶ δύσκριτοι.

θ′. Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νϐσοι, καὶ θανατωδέϛαται τὀπίπαν· ἦρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιϛα θανατῶδες.

ι. Τὸ φθινόπωρον τοῖσι φθίνουσι κακόν.

ιά. Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀναγκαίη τϐ θέρεος, πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιϛα δὲ τῆσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσι ὑγροῖσι τὰς φύσεας.

ista in morbis patiuntur. Sin aquilonia fuerit, tusses, faucium asperitates, alvi durae, urinae difficultates, horrores, laterum et pectoris dolores fiunt. Cum sic invaluerit, talia expectato.

6. Cum aestas veri similis fuerit, in febribus copiosos sudores expecta.

7. Per siccitates febres acutae fiunt; et siquidem annus magna ex parte talis extiterit, qualem constitutionem effecerit, ut plurimum tales etiam morbos expectare oportet.

8. In constantibus temporibus, si tempestive tempestiva redduntur, constantes et judicatu faciles fiunt morbi: in inconstantibus autem inconstantes et difficiles judicatu.

9. Per autumnum morbi acutissimi, et exitiosissimi omnino. Ver autem saluberrimum, et minime exitiale.

10. Autumnus tabidis malus.

11. Quod autem ad anni tempestates attinet, siquidem hyems sicca et aquilonia fuerit, ver autem assidue pluviosum et austrinum, febres acutas, et ophthalmias, et

*ιβ'. Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν, καὶ ἔπομβρος, καὶ εὔδιος γίνηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ᾗσι οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσεος ἐκτιτρώσκουσι. αἳ δὲ ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσι, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα. τοῖσι δὲ ἄλλοισι βροτοῖσι δυσεντερίαι, καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται· τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάῤῥοοι ξυντόμως ἀπολλύντες.*

*ιγ'. Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται, καὶ βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.*

*ιδ'. Ἢν δὲ βόρειον ἔῃ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσεας, καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον· τοῖσι δέ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ πολυχρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.*

*ιε'. Τῶν δὲ καταστάσεων τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ μὲν ὅλον, οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶ ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες.*

*ιϛ'. Νουσήματα δέ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσι ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, πυρετοί τε μακροὶ,*

dysenterias aestate fieri necesse est, maxime mulieribus, et viris natura humidis.

12. At si hyems austrina, et assidue pluviosa et placida fuerit, ver autem siccum et aquilonium, mulieres quidem, quibus partus vere imminet, ex quavis causa abortiunt. Quae vero pepererint, imbecillos et morbosos infantes edunt, ita ut vel statim intereant, vel tenues et valetudinarii vivant. Caeteris autem mortalibus dysenteriae, et ophthalmiae aridae oriuntur: senioribus vero catarrhi brevi interficientes.

13. Si vero aestas sicca et aquilonia, autumnus vero pluvius et austrinus fuerit, capitis dolores hyeme oriuntur, et tusses, et raucitates, et gravedines, nonnullis etiam tabes.

14. Si vero aquilonius fuerit et sine pluviis autumnus, viris quidem qui natura sunt humidi, et mulieribus proderit: reliquis autem ophthalmiae erunt siccae, et febres acutae, et longae, nonnullis etiam melancholiae.

15. Ex anni vero constitutionibus, in

καὶ κοιλίης ῥύσεες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι· ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι, φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, ϛραγγεριαι, καὶ δυσεντερίαι.

ιζ. Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταϛάσεες, αἱ μὲν βόρειοι, τά τε σώματα ξυνιϛῶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὐχροώτερα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέȣσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνȣσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα ἄλγημα, ἤν τι προϋπάρχῃ, μᾶλλον πονέουσι. αἱ δὲ νότιοι διαλύȣσι τὰ σώματα, καὶ ὑγραίνȣσι, καὶ βαρυηκοΐας, καὶ καρηβαρίας ποιέȣσι, καὶ ἰλίγγȣς ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνȣσι.

ιή. Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τȣ̃ μὲν ἦρος καὶ ἄκρȣ τȣ̃ θέρεος οἱ παῖδες, καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι τῇσι ἡλικίῃσιν, ἄριϛά τε διάγȣσι, καὶ ὑγιαίνουσι μάλιϛα· τȣ̃ δὲ θέρεος, καὶ τȣ̃ φθινοπώρȣ, μέχρι μέν τινος, οἱ γέροντες· τὸ δὲ λοιπὸν τȣ̃ φθινοπώρȣ, καὶ τȣ̃ χειμῶνος, οἱ μέσοι τῇσι ἡλικίῃσι.

ιθ'. Νουσήματα πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσι ὥρῃσι γίνεται· μᾶλλον δὲ ἔνια κατὰ ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται, καὶ παροξύνεται.

universum siccitates assiduis imbribus sunt salubriores, minusque lethales.

16. Morbi autem in pluviosis quidem plerumque fiunt, cum febres longae, tum alvi fluxiones, putredines, epilepsiae, apoplexiae, et anginae. Per siccitates autem, tabitudines, ophthalmiae, arthritides, urinae stillicidia, et dysenteriae.

17. Quotidianae autem constitutiones, aquiloniae quidem corpora compingunt, valentiora, expeditiora, coloratiora, et melius audientia reddunt, alvos etiam siccant, oculosque mordent, et si in pectore color aliquis prius extiterit, magis dolent aegri. Austrinae vero corpora exsolvunt et humectant, auditum obtundunt, caput gravant, vertigines oculis movent, corporibus difficilem motionem inducunt, et alvos humectant.

18. Per anni tempora autem, vere quidem et prima aestate pueri, et qui aetate his proximi sunt, optime degunt, et maxime valent: aestate vero, et quadantenus autumno senes; reliqua vero

κ΄. Τȣ̃ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, καὶ λέπραι, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖϛαι, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

κά. Τȣ̃ δὲ θέρεος ἐνιά τε τȣτέων, καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖϛοι, καὶ ἔμετοι, καὶ διάῤῥοιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ ϛομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἵδρωα.

κβ΄. Τȣ̃ δὲ φθινοπώρȣ, καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλάνητες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ ϛραγγȣρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά.

κγ΄. Τȣ̃ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι ϛηθέων, καὶ πλευρέων, καὶ ὀσφύος, καὶ κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, καὶ ἀποπληξίαι.

κδ΄. Ἐν δὲ τῇσι ἡλικίῃσι τοιάδε ξυμβαίνει· τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παι-

parte autumni, et hyeme, qui media sunt aetate.

19. Morbi quidem omnes in quibusvis anni temporibus oriuntur, nonnulli tamen quibusdam temporibus magis fiunt, et exacerbantur.

20. Namque vere maniae, melancholiae, epilepsiae, sanguinis profluvia, anginae, gravedines, raucitates, tusses, leprae, impetigines, vitiligines, et pustulae ulcerosae plurimae, et tubercula, et articulorum dolores.

21. Aestate autem horum nonnulli, ac febres continuae, et ardentes, et tertianae plurimae, vomitiones etiam, et alvi profluvia; ophthalmiae, aurium dolores, oris exulcerationes, genitalium putredines, et sudamina.

22. Autumno vero aestivorum plurimi, atque etiam quartanae febres et erraticae, lienes, hydropes, tabes, urinae stillicidia, lienteriae, et dysenteriae, coxendicum dolores, anginae, asthmata, volvuli, comitiales, furores, et melancholiae.

23. Hyeme vero pleuritides, peripneu-

δίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλȣ̃ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

κέ. Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυέειν προσάγȣσιν, ȣ̓λων ὀδαξισμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιϛα ὅταν ἀνάγωσι τȣ̀ς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παιδίων, καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς κοιλίας ἔχȣσι.

κϛ'. Πρεσβυτέροισι δὲ γενομένοισι, παρίσθμια, σπονδύλȣ τȣ̃ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσεες, ἑλμίνθες ϛρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, χοιράδες, και τἄλλα φύματα.

κζ'. Τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγȣσι, τȣτέων τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσεες.

κή. Τὰ δὲ πλεῖϛα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαρήκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγȣσι. ὅσα δὲ ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξεας, χρονίζειν εἴωθε.

moniae, gravedines, raucitates, tusses, dolores pectoris, laterum, lumborum et capitis, vertigines et apoplexiae.

24. Per aetates autem haec eveniunt: parvis et recens natis puerulis, oris ulcera, vomitiones, tusses, vigiliae, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

25. Ad dentitionem vero progredientibus, gingivarum stimulantes prurigines, febres, convulsiones, alvi profluvia, maxime cum caninos dentes emittunt, et pueris crassissimis, et iis qui alvos habent adstrictas.

26. Adultioribus jam, tonsillarum inflammationes, vertebrae quae ad occipitium est interiorem in partem impulsiones, asthmata, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucae pensiles, satyriasmi, strumae, et alia tubercula.

27. At aetate etiam provectioribus et ad pubertatem progressis, ex iis multa, et etiam febres diuturnae magis, et sanguinis ex naribus profluvia.

28. Plurimi autem morbi pueris judi-

κθ΄. Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισι ἅιματος πτύσεες, φθίσεες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τἄλλα νουσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

λ΄. Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην, ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες.

λα΄. Τοῖσι δὲ πρεσβύτησι, δύσπνοιαι, κατάῤῥοοι βηχώδεες, ςραγγȣρίαι, δυσȣρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τȣ͂ σώματος ὅλȣ, ἀγρυπνίαι, κοιλίης, ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσεες, καὶ βαρυηκοΐαι.

cantur, partim quidem intra quadraginta dies, partim vero intra septem menses, nonnulli intra annos septem, quidam etiam ad pubertatem progressis. Qui vero pueris perseverarint, neque circa pubertatem soluti fuerint, aut feminis circa mensium eruptionem, consenescere consueverunt.

29. Juvenibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutae, comitiales, aliique morbi, praecipue tamen praedicti.

30. Ultra hanc aetatem vero progressis asthmata, pleuritides, peripneumoniae, lethargi, phrenitides, febres ardentes, diuturna alvi profluvia, cholerae, dysenteriae, lienteriae, haemorrhoides.

31. At senibus, spirandi difficultates, catarrhi tussiculosi, stranguriae, dysuriae, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiae, cachexiae, totius coporis pruritus, vigiliae, alvi, oculorum et narium humiditates, visus hebetudines, glaucedines, auditus gravitates.

---

## ΤΜΗ͂ΜΑ ΤΈΤΑΡΤΟΝ.

### Ά.

ΤᾺΣ κυέσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν· ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβέεσθαι.

β΄. Ἐν τῇσι φαρμακίῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τȣ͂ σώματος, ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα· τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα παύειν.

γ΄. Ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρηται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρȣσι. τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερῶς.

δ΄. Φαρμακεύειν θέρεος μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω.

ε΄. Ὑπὸ κύνα, καὶ πρὸ κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακίαι.

ς΄. Τȣ̀ς ἰσχνȣ̀ς καὶ εὐημέας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποςελλομένȣς χειμῶνα.

ζ΄. Τȣ̀ς δὲ δυσημέας καὶ μέσως εὐσάρκȣς, κάτω, ὑποςελλομένους θέρος.

# SECTIO QUARTA.

## I.

Praegnantes purgandae, si materia turgeat, quadrimestres et usque ad septimum mensem: hae vero minus. Minores autem et seniores foetus caute vitare oportet.

2. In purgantium usu, qualia et sponte prodeuntia utilia sunt, talia e corpore educenda; quae vero contrario modo prodeunt, cohibenda.

3. Si quae purgari decet, purgentur, confert et facile ferunt: contra vero, difficile.

4. Aestate quidem superiores ventres potius purgato, hyeme vero inferiores.

5. Sub cane, et ante canem, molestae sunt purgationes.

6. Graciles et facile vomentes, sursum purgandi, vitantes hyemem.

7. Difficile autem vomentes, et mediocriter carnosi, deorsum, vitantes aestatem.

ή. Τὲς δὲ φθινώδεας, ὑποςελλομένες τὰς ἄνω.

θ'. Τὲς δὲ μελαγχολικὲς ἁδροτέρως τὰς κάτω, τῷϋτέῳ λογισμῷ τἀναντία προστιθείς.

ί. Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ, αὐθημερόν· χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιετ́οισι κακόν.

ιά. Ὁκόσοισι ςρόφοι, καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, μὴ λυόμενον μήτε ὑπὸ φαρμακίης, μήτε ἄλλως, ἐς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

ιβ'. Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω, κακόν.

ιγ'. Πρὸς τὲς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσεος, προϋγραίνειν τὰ σώματα πλέονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσεϊ.

ιδ'. Ἐπὴν πίῃ τίς ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσεας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, πρὸς δὲ τὲς ὕπνους καὶ τὰς ἀκινήσεας ἧσσον. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλίη ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει.

ιέ. Ἐπεὰν βέλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα· ἐπεὰν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει, καὶ μὴ κίνει.

8. Tabidos vero, cave ne sursum purges.

9. At vero melancholicos largius deorsum, simili ratione contraria adhibens.

10. In valde acutis, si materia turget, eodem die purgandum; morari enim in talibus malum.

11. Quibus tormina, et circa umbilicum dolores, atque lumborum dolor, qui neque medicamento purgante, neque aliter solvitur, in siccum hydropem firmatur.

12. Quorum alvi lienteria infestantur, eos hyberno tempore sursum purgare, malum.

13. Qui veratro sumto non facile sursum purgantur, iis ante potionem corpora copiosiore cibo et quiete praehumectato.

14. Ubi quis veratrum biberit, ad corporum motiones magis, ad somnos vero et quietem minus ducito. Nam etiam navigatio turbari motione corpora indicat.

15. Ubi veratrum magis ducere volueris, corpus moveto; ubi vero sistendum

ις'. Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι· σπασμοὺς γὰρ ἐμποιέει.

ιζ'. Ἀπυρέτῳ ἐόντι, ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ ςόμα ἐκπικρέμενον, ἄνω φαρμακίης δέεσθαι σημαίνει.

ιή. Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ἄνω φαρμακίην σημαίνει· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

ιθ'. Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσι.

κ'. Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν, ἢν γένηται ςρόφος, καὶ γουνάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακίης δέεσθαι σημαίνει.

κα'. Ὑποχωρήματα μέλανα, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα, καὶ ξὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ, κάκιςα. καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα τῶν ὑποχωρημάτων πλέω πονηρότερα ἔῃ, μᾶλλον κάκιον· ξὺν φαρμάκῳ δὲ, ἄμεινον, καὶ ὁκόσῳ ἂν χρώματα πλέω ἔῃ, οὐ πονηρά.

censueris, somnum conciliato, neque moveto.

16. Veratrum iis qui sano sunt corpore periculosum, convulsiones enim inducit.

17. Non febricitanti appetitus dejectus, et oris ventriculi morsus, et tenebricosa vertigo, et os amarescens, sursum purgante opus esse indicant.

18. Dolores supra septum transversum, purgationem sursum, qui vero infra, deorsum requirunt.

19. Qui in medicamentorum potionibus, cum purgantur, non sitiunt, ii non desinunt priusquam sitiverint.

20. Si tormina adfuerint, non febricitanti, et genuum gravitas, et lumborum dolor, deorsum purgatione opus esse significant.

21. Nigrae dejectiones, qualis sanguis niger, sponte prodeuntes, et cum febre, et citra febrem, pessimae: et quo plures colores dejectionum pravi fuerint, eo pejus. A medicamento autem melius, et, quanto plures colores fuerint, non pravi.

κβ΄. Νȣσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω, ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον.

κγ΄. Ὁκόσοισιν ἐκ νȣσημάτων ὀξέων, ἢ πȣλυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως λεπτυνομένοισι, χολὴ μέλαινα ὁκοῖον αἷμα μέλαν ὑπέλθῃ, τῇ ὑςεραίῃ ἀποθνήσκȣσι.

κδ΄. Δυσεντερίη, ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

κε΄. Αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ἔῃ, κακόν· κάτω δὲ, ἀγαθόν.

κς΄. Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ αἱ σάρκες ὑποχωρήσωσιν, ἢ τὰ μέλανα διαχωρήματα, θανάσιμον.

κζ΄. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι αἱμοῤῥαγέει πλῆθος ὁκοθενȣ̃ν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι, τȣτέοισι αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

κη΄. Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσεος ἐπιγενομένης παύεται, καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων ἐπιγενομένων διαχωρημάτων, παύεται.

κθ΄. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ἑκταίοισιν ἔȣσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα.

22. Quocunque morbo incipiente, bilem atram supra vel infra prodire, lethale.

23. Quibuscunque ex morbis acutis, aut diuturnis, aut a vulneribus, aut alio quovis modo extenuatis, bilis atra sanguini atro similis subierit, ii postridie moriuntur.

24. Dysenteria, si ab atra bile ortum duxerit, lethalis.

25. Sanguis, supra quidem, qualiscunque fuerit emissus, malus; infra autem bonus.

26. Dysenteria vexato, si carunculae dejiciantur, aut dejectiones nigrae, lethale.

27. Quibus per febres sanguinis copia alicunde profluxerit, iis in refectionibus alvi humectantur.

28. Quibus biliosae sunt dejectiones, hae oborta surditate cessant; et quibus praecesserit surditas, exortis biliosis dejectionibus, desinit.

29. Quibus per febres rigores contingunt sexto die, difficulter judicantur.

λ'. Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτέην ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

λά. Τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα, καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιςα, αἱ ἀποςάσεες γίνονται.

λβ'. Ὁκόσοισι δὲ ἀνιςαμένοισιν ἐκ τῶν νόσων τι πονέει, ἐνταῦθα αἱ ἀποςάσεες γίνονται.

λγ'. Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ἔῃ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

λδ'. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, θανάσιμον.

λέ. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐπιστραφῇ, καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον.

λϛ'. Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μίῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριηκοστῇ πρώτῃ, καὶ τριηκοστῇ τετάρτῃ· οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους

30. Quibus paroxysmi fiunt, quanamcunque hora febris dimiserit, si hora eadem postero die etiam prehenderit, judicatio difficilis est.

31. Quibus per febres lassitudinis sensus inest, iis ad articulos, et circa maxillas potissimum, abscessus decumbunt.

32. Quibus vero convalescentibus ex quovis morbo, pars aliqua labore vexatur, illic abscessus fiunt.

33. Quin et si pars quaepiam ante morbum laboraverit, in eam se morbus obfirmat.

34. Si febre vexato, nullo existente in faucibus tumore, repentina accidat strangulatio, lethale.

35. Si febricitanti collum pervertitur, ac vix deglutire possit, nullo existente tumore, lethale.

36. Sudores febricitantibus boni, qui coeperint tertio die, quinto, septimo, nono, undecimo, decimo-quarto, decimo-septimo, vicesimo-primo, vicesimo-septimo, tricesimo-primo et tricesimo-quarto; ii enim sudores morbos

κρίνουσι. οἱ δὲ μὴ οὕτω γινόμενοι, θάνατον σημαίνουσι, καὶ πόνους, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμούς.

λζ. Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες ξὺν μὲν ὀξέϊ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον· ξὺν πρηϋτέρῳ δὲ, μῆκος νούσου σημαίνουσι.

λη'. Ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον.

λθ'. Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

μ' Ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα ψύχηται, ἢ αὖτις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου δέκηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

μα'. Ἱδρὼς πουλὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ τινὸς αἰτίης φανερῆς γινόμενος, τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλέονι τροφῇ χρέεται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίνηται, σημαίνει ὅτι κενώσεος δέεται.

μβ'. Ἱδρὼς πουλὺς, ψυχρὸς ἢ θερμὸς αἰεὶ ῥέων· ὁ ψυχρὸς μέζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

μγ'. Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυ-

judicant. Qui vero aliter contingunt, vel mortem, vel dolores, vel morbi longitudinem, vel recidivas significant.

37. Sudores frigidi cum febre quidem acuta oborti, mortem, cum mitiori autem, morbi longitudinem significant.

38. Qua parte corporis sudor inest, ibi morbum esse indicat.

39. Et qua corporis parte calor inest, aut frigus, ibi morbus est.

40. Ubi toto corpore mutationes contingunt, et corpus frigescit, rursumque calet, vel colorem alium ab alio recipit, morbi longitudinem significat.

41. Sudor multus a somno citra manifestam causam obortus, corpus copiosiore uti cibo significat. Quod si aegroto cibum non capienti istud contingat, evacuatione opus esse indicat.

42. Sudor copiosus, modo calidus, modo frigidus assidue fluens, frigidus majorem, calidus minorem morbum significat.

43. Febres quaecunque non intermittentes tertio die vehementiores redduntur, periculosiores. Quocunque autem

νοι. ὁτέῳ δὲ ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

μδ΄. Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισιν ἢ φύματα, ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐγγίνονται.

με΄. Ὁκόσοισιν ἢ φύματα, ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πονοὶ ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλέοσι χρέονται.

μς΄. Ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ, πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενέϊ ἐόντι, θανάσιμον.

μζ΄. Αἱ ἀποχρέμψεες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσι αἱ πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, ἅπασαι κακαί· ἀποχωρεῦσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί· οὕτω καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσεας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τι τῶν ξυμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

μη΄. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ἔῃ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται καὶ δίψην ἔχῃ, θανάσιμον.

μθ΄. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἐόν-

modo intermiserint, securitatem inesse significatur.

44. Quibus adsunt febres longae, iis vel abscessus, vel dolores ad articulos oriuntur.

45. Quibus aut abscessus, aut ad articulos dolores post febres longas oriuntur, ii copiosioribus cibis utuntur.

46. Si rigor, febre non intermittente, incidat, aegro jam debili, lethale est.

47. In febribus non intermittentibus excreationes lividae, aut cruentae, aut graveolentes, aut biliosae, omnes malae; bene autem si prodeant, bonae: eadem etiam ratione deiectiones et urinae juvant. At si nihil eorum quae juvant per haec loca excernatur, malum.

48. In febribus non intermittentibus, si partes externae sint frigidae, internae vero urantur et siti vexentur, lethale est.

49. In febre non intermittente, si labrum, aut supercilium, aut oculos, aut nasus pervertatur, si visus, si auditus defecerit, aegro jam debili, quid-

τος ἀσθενέος, ὅ τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

ν'. Ὅκου ἂν ἐν τῷ πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοιά γίνηται καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

να'. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα, μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσεας, μῆκος νούσου σημαίνει.

νβ'. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσι κατὰ προαίρεσιν οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὁκόσοισι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

νγ'. Ὁκόσοισιν ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περίγλισχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται αὐτέων οἱ πυρετοί.

νδ'. Ὁκόσοισιν ἐπὶ πουλὺ βῆχες ξηραί, βραχέα ἐρεθίζουσαι, ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ τοι διψώδεές εἰσί.

νε'. Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

νς'. Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλέω σημαίνει.

quid horum evenerit, in propinquo mors est.

50. Ubi in febre non intermittente difficultas spirandi cum delirio contingit, lethale.

51. In febribus abscessus, nisi primis judicationibus solvantur, morbi longitudinem significant.

52. Quibus in febribus, aut aliis morbis oculi ex voluntate illacrymantur, nihil insolens est. At quibus praeter voluntatem, periculosius est.

